



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Utrum Ordo sacer dirimat matrimonium & quo jure?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Qni Clerici, vel voventes matrimonium contrahere possunt? 685

verz conditions de facuto sint, s̄pē usque ad eventum conditionis contrārum firmitatem suspendunt. De quibus hinc inde in variis titulis agitur. Illud hic advertendum adhuc ex c. Verum 4. b.t. s̄pēius conditionem poti in jure pro modo, prout in relatoe fit, ubi dicitur, si Ecclesiæ aliquid donetur sub conditio-ne (id est certum modum addendo, quem

donans observari vult ab Ecclesia) revo-carī non posse donationem talem (ob favorē Ecclesiæ, aut piaē cause, cui donatio cum tali modo adjecto facta fuit) si postmodum conditio (modus scilicet) non impleatur, nisi expreſſe cautum sit de revocanda donatione, si modus non impleatur.

TITVLVS VI.

QUI CLERICI, VEL VOVENTES MA- TRIMONIUM CONTRAHERE POSSUNT?


§. I.

*Vtrum Ordo sacer dirimat matri-
monium, & quo jure?*

Dicitur matrimonium per ordinem sacram, Subdiaconū, Diaconū, & Presbyterū ex Trident. sess. 24. De sacro matrim. can. 9. & ex c. 1. b.t. patet, ita ut nullus horum validē matrimonium contrahat, (nisi per illatam vim, aut gravem metum, vel ante pubertatis annos, vel aliter invalidē ordinatus fuisset) & consequenter liberi eorum sint illegitimi, & irregulares, quia concederet, ut ait Pontifex, DEI Sacerdotes, nec non Levitas continentēs esse, ob reveren-
tiam etiam ministeriorum, & officiorum illis commissorum: quæ tamen consti-tutio extendenda non est ad minores or-dines inferiores Subdiaconatu, quibus initiati validē (cæteris paribus) matti-

monium contrahere possunt, cū illis nullum votum ad continentiam obligans annexum sit ex constitutione Ecclesiæ.

Multè autem probabilius est, quod impedimentum hoc ditimēs ordinis sacri, non ex jure naturali, vel Divino, sed solo Ecclesiastico proveniat, cū Gracis Sacerdotibus usus matrimonii, ante suscep-tum Presbyteratum contracti, non tollatur per ordinem sacram suscep-tum; neque ulidi jus Divinum hoc prohibens habeatur; & matrimonium etiam con-tractum ante susceptos sacros Ordines, nondum tamen consummatum, non dis-solvatur per Ordinum talium suscep-tionem, iuxta Extravag. Antiqua. inter Extravag. Ioan. 22. De voto.



Qqqq;

§. II.